



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Quantitas Corsicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

De Corsica, & Sardinia.

§. 1. Historica descriptio Corsicæ.

NVM. 1. Nomina Corsicæ.

CYRNVS à Græcis, à Romanis & indigenis CORSICA, dicta est Diodoro libro 5. *Cursea*, Procopio *Cerneatis*, Lycophroni *Corsis*, Dionysio Afro *Sidis*. Et Cynus vocata est à Cynno filio Herculis, Seruio, & Isidoro; Corsica autem à muliere Ligure nomine Corsa, quæ nauigio taurum infecura hanc Insulam derexit in quam traiciebat ad pastum, sic Isidorus, & Eustathius; quod tamen videtur ἀδύνατον de tauro traiciente, siquidem proximum Populonium 60. Mil. Passuum distat, ait Plinius. Eustathius aliam affert nominis etymologiam ἀγὰ τὰς ἐν αὐτῇ κόρρας, quas explicat κορυφὰς *vertices montium*. Callimachi Scholiastes ait suo tempore dici, *Tyros*, quod ægrè admittit Ortelius.

NVM. 2. Quantitas Corsicæ.

IN eâ consideranda longitudo, latitudo, circuitus; distantia Freti inter hanc Insulam, & Sardiniam.

LONGITUDO CORSICÆ	Chorographo apud Strabonē 160. M. P.	Plinio 60. M. P.	Martiano Capellæ 150. M. P.	Orosio 160. M. M.	Ptolemæo 130. Mil. P.		
CORSICÆ LATITUDO	Chorographo 70. M. P.	Plinio 50. M. P.	Capellæ 50. M. P.	Orosio 25. M. P.	Ptolemæo 70. Mil. P.		
CORSICÆ CIRCVM- TUS	Chorographo 400. M. P.	Plinio 322. M. P.	Capellæ 1325. M. P.	Orosio <i>tacetur.</i>	Ptol. sex M. stadiorū, seu 450. Mil. P.		
LATI- TUDO FRETI quod Ta- phros	SCYLAX Traic- tus 3. partis vnius dici	PLINIO minus IX. milli- bus pas- suum	ZONARÆ tā exiguo traicctu vt vnâ ex orâ alia videatur.	PAV- SANIÆ 8. stad. seu Mil. Pas.	STRA- BONI 7. Mil. Pass. 500. Pass.	CA- PEL- LÆ IX. Mil. Pass.	ISI- DORO XX. Millia Pass.